

ΓΕΝΙΚΕΣ ΕΙΣΙΤΗΡΙΕΣ ΕΞΕΤΑΣΕΙΣ 1969

Θέματα Λατινικών (ΦΙΛΟΛΟΓΙΚΟΣ ΚΥΚΛΟΣ)

Πέμπτη 4 Σεπτεμβρίου 1969

A. ΚΕΙΜΕΝΟ ΓΙΑ ΜΕΤΑΦΡΑΣΗ :

Caesar, De bello Gallico VI, 21-22

Germani multum ab hac consuetudine differunt. Nam neque druides habent, qui rebus divinis praesint, neque sacrificiis student. Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt et quorum aperte opibus juvantur, Solem et Vulcanum et Lunam, reliquos ne fama quidem acceperunt. Vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit. A pueris labori ac duritiae student. Qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem: hoc ali staturam, ali vires nervosque confirmari putant. Intra annum vero vicesimum feminae notitiam habuisse in turpissimis habent rebus; cuius rei nulla est occultatio, quod et promiscue in fluminibus perluuntur et pellibus aut parvis renonum tegimentis utuntur magna corporis parte nuda.

Agriculturae non student, majorque pars eorum victus in lacte, caseo, carne consistit. Neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios; Sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque hominum, qui unā coierunt, quantum et quo loco visum est agri attribuunt atque anno post alio transire cogunt.

B. ΠΑΡΑΤΗΡΗΣΕΙΣ

- 1. juvantur, acceperunt:** χρονική αντικατάσταση εν τη οριστική και των δύο φωνών.
- 2. victus, opibus, rei, fluminibus:** αναγνώρισις και γραφή γενικής και αφαιρετικής και εις τους δύο αριθμούς.
- 3. major:** να γραφούν τὰ τρία γένη εις τους τρεις βαθμούς εις την αυτήν πτώσιν και των δύο αριθμών.
- 4. A pueris labori student:** να συνταχθή.
- 5. alio, fama, rei militaris:** τι είναι συντακτικώς και τι προσδιορίζει έκαστον.
- 6.** Την φράσιν, η οποία περιέχει αφαιρετικήν απόλυτον, να μετατρέψητε εις κυρίαν πρότασιν.